



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XIII. De raptu. Et habet art. quinque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



RESPON. Dicendum, quod inter prophetas aliqui secundum aliquid diuersimode possunt maiores reputari: simpliciter autem loquendo omnium maximus Moyses fuit, in eo enim quatuor, quæ ad prophetiam requiruntur excellentissime sunt inuenta. Primo quidem visio intellectualis in eo excellentissima fuit, secundum quam tantum meruit eleuari, ut ipsam Dei essentiam videret secundum quod dicitur Numeri. 12. Palam, & non per ænigma, &c. Et hæc quidem eius visio non est facta angelo mediante, sicut aliarum visiones prophetales, vnde ibidem dicitur, Ore ad os loquor ei. Et hoc expressè dicit Augu. ad paulinã de videndo Deũ, Et 12. super Gene. ad literam. Secundo, imaginaria visio fuit in eo perfectissima: quia eam quali ad nutum habebat. vnde dicitur Ezech. 33. quod loquebatur ei Dominus facie ad faciem, sicut homo soler loqui ad amicum suum. In quo etiam alia eius eminentia, quantum ad imaginariam visionem potest notari, quod ipse scilicet non solus audiuit verba reuelantis: sed vidit non in figura hominis vel angeli, sed qua si ipsum Deum, non in somnio sed in vigilia, quod de nullo aliorum legitur. Tertio, eius denuntiatio fuit excellentissima, quia omnes qui fuerunt ante eum instruxerunt familias suas per modum disciplinæ: Moyses autem fuit primus qui locutus est ex parte Domini dicens, hæc dicit Dominus, & non vni familie, sed toti populo, nec denuntiavit ex parte Domini, ut attendere dicitur alterius propheta præcedentis: sicut propheta denuntiando inducebat ut observaret lex Moyfi. vnde denuntiatio præcedenti fuit preparatio ad legem Moyfi, quæ fuit fundamentum quoddam denuntiationis sequenti prophetarum. Quarto fuit eminentior quantum ad ea quæ ordinantur ad denuntiationem, quantum ad miracula quidem, quæ fecit signa ad conuersionem, instructionem totius generis: alij vero Propheta fecerunt particularia signa ad speciales personas, & specialia negotia. vnde dicitur Deut. ultimo, non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quæ nosse Dominus facie ad faciem, quantum ad eminentiam reuelationis in omnibus signis atque potentis, sicut fecerat in terra Aegypti Pharaoni & omnibus seruiscius & ita magna mirabilia quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel, quantum etiam ad audaciam apparet eminentissimus, quia in sola virga descendit in Aegyptum, non solum ad denuntiandum verba Domini: sed ad flagellandum Aegyptum, & populum liberandum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum Gregorij est intelligendum de his quæ pertinent ad mysterium incarnationis, de quibus aliqui posteriores expressiores reuelationes acceperunt, quæ Moyses: non autem quantum ad cognitionem diuinitatis de qua plenissime Moyses instructus fuit.

AD SECUNDUM dicendum, quod David dicit esse excellentissimus prophetarum: quia expressissime prophetauit de Christo sine aliqua imaginaria visione.

AD TERTIUM dicendum, quod quibus illa miracula fuerint maiora miraculis Moyfi, quantum ad substantiam facti: tamen illa Moyfi fuerunt maiora quantum ad modum faciendi, quia facta sunt toti populo, & ad populi instructionem in noua lege, & liberationem: illa vero fuerunt aliqua particularia negotia.

AD QUARTUM dicendum, quod eminentia Heliae præcipue in hoc attenditur, quod a morte immunis conseruatus fuit, etiam multis alijs prophetis eminentior fuit quoad audaciam & magnitudinem

signorum, ut ex verbis Ecl. ibidem habetur. AD QUINTUM dicendum, quod cum Moyses alius præfertur intelligendum est de prophetis veteri testamenti: quia tunc præcipue prophetia fuit in suo statu, quando Christus ad quem omnis prophetia ordinabatur expectabatur venturus. Ioan. autem ad nouum pertinet testamentum, vnde Matth. 11. lex & propheta usque ad Ioannem. In nouo tamen testamento facta est manifestior reuelatio, vnde dicitur secundum Corinthiorum 2. nos autem reuelata facie, ubi expressè Apostolus vnde alios apostolos Moyfi præfert. Et tamen non sequitur. Si Ioanne Baptista nullus fuit maior, quod propter hoc nullus fuerit eo excellentior in gradu prophetia: quia cum prophetia non sit donum gratiæ gratum facientis, potest esse potior in prophetia, qui est minor in merito.

QVÆSTIO XIII.

De Raptu.

In quinque articulos diuisa.

- ¶ Primo quaeritur quid sit raptus.
- ¶ Secundo, Vtrum Paulus in raptu vidit Deum per essentiam.
- ¶ Tertio, Vtrum intellectus alicuius videris potest eleuari ad videndum Deum per essentiam, sine hoc quod abstrahatur a sensibus.
- ¶ Quarto, Vtrum abstractio requiritur ad hoc quod intellectus possit videre Deum per essentiam.
- ¶ Quinto, quaeritur, quid est illud quod apostolus circa raptum suum sciuit, & quid non sciuit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid sit raptus.



QVÆSTIO est de raptu. Et primo quaeritur, quid sit raptus. Describitur autem a magistro sic. Raptus est ab eo, quod est secundum naturam in id quod est contra naturam, vi superioris naturae eleuatio. Et vbi quod inconuenienter, quia ut Augustinus dicit, intelligentia hominis naturaliter cognoscit Deum: sed in raptu eleuatur hominis intellectus ad Dei cognitionem, ergo non eleuatur in id, quod est contra naturam, sed quod est secundum naturam. ¶ 2. Præter. Magis dependet spiritus creatus ab intellectu, quam corpus inferius a superiori: sed impressiones superiorum corporum sunt inferioribus corporibus naturales, ut dicitur Commen. in 3. Cel. & in 1. Mundi. ergo nec eleuatio spiritus humani, quantumuis fiat vi superioris naturae est nisi naturalis. ¶ 3. Præter. Roma. 11. super illud. Contra naturam refertus es in bonam oliuam, dicit glossa, quod Deus actor naturae nihil contra naturam facit, quia hoc est vnicuique naturale, quod ab eo accepta quæ est modus omnis, & ordo naturae: sed eleuatio raptus fit a Deo, qui est conditor humanæ naturae: ergo non est contra naturam, sed secundum naturam. Sed dicendum, quod dicitur esse contra naturam quia fit diuinitus, non per modum spiritus humani. ¶ 4. Sed contra, Dionysius dicit 8. de Diu. nom. quod iustitia Dei in hoc attenditur, quia omnibus rebus distribuit secundum suum modum, & dignitatem: sed Deus non potest aliquid facere contra suam iustitiam. ergo

Episto. 112. ca. 12. a medio.

Aug. 12. super Henef. ad literam ca. 27. to. 3.



ergo nulli rei aliquid tribuit quod non sit secundum modum eius.

¶ 5 Præt. Si modus hoīs quantum ad aliqd mutetur, nō mutatur hoc modo quod hominis bonum auferatur, quia Deus non est cā quare fit homo deterior, vt Aug. dicit in lib. 83. quæst. sed bonum hoīs est secundum rationem viuere, & voluntarie operari, vt patet per Diony. 3. de Diu. no mi. Cum ergo violentia sit contraria voluntario, & bonum rationis euacuet, ex hoc. n. necessitas est contristans, quod est contraria voluntati, vt dicitur 5. Metaphy. videtur quod diuinitus non fiat in homine aliqua violenta eleuatio contra naturam, quod esse videtur in raptu vt ipsum nomen importat, & descriptio prædicta designat in hoc quod dicitur vi superioris naturæ.

¶ 6 Præt. Secundum Philos. in 3. de Anima, excellentiæ sensibilibus corrumpunt sensum, non autem excellentiæ intelligibilibus intellectum: sed ideo sensus deficit a cognitione excellentiū sensibilibus, quia ab eis corrumpit. ergo intellectus naturaliter potest quantumcumq; excellentiā intelligibilia cognoscere. ad quæcumq; igitur intelligibilia mens hoīs eleuetur, non erit eleuatio contra naturam.

¶ 7 Præt. Aug. dicit in lib. de Spiritu, & Anima, qd angelus & anima natura sunt pares, officio dispares: sed non est contra naturam angeli cognoscere ea ad quæ homines eleuatur in raptu. ergo nec eleuatio raptus est homini contra naturam.

¶ 8 Præt. Si aliquis motus sit naturalis, & peruenit ad terminum motus est naturalis, cū nullus motus sit infinitus: sed mens hoīs mouet naturaliter in Deum, quod patet ex hoc qd non quiescit nisi ad eum peruenit, vnde Aug. in 1. cōfessionum. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. ergo eleuatio illa, qua mens pertingit ad Deum, vt est in raptu, nō est contra naturā. Sed dicebas, quod ferri in Deum non est naturale humanæ menti ex se ipsa, sed ex p̄stitutione diuina, & sic non est simpliciter naturale.

¶ 9 Sed contra. Inferior natura non operatur, nec tendit in aliquid sine nisi ex p̄stitutione diuina, ratione cuius dicitur omne opus naturale opus intelligentiæ, & tñ rerum naturalium dicimus esse naturales motus simpliciter, & operationes. ergo & ferri in Deū si sit naturale menti ex p̄stitutione diuina, debet iudicari simpliciter naturale.

¶ 10 Præt. Prius est anima in se s̄m quod spiritus dicitur, quam prout est coniuncta corpori secundum quod dicitur anima: sed animæ in quantum est spiritus quidam, actus eius est cognoscere Deum, & alias substantias separatas: in quantum vero est corpori coniuncta, actus eius est cognoscere res sensibiles. ergo per prius est animæ cognoscere intelligibilia, quæ sensibilia. cū igitur cognitio sensibilibus sit actus naturalis, & cognitio diuinorū intelligibilibus est ei naturalis, & sic idem quod prius.

¶ 11 Præt. Naturalius ordinatur aliquid ad vltimū terminum quam ad medium, cum per medium ordo sit ad vltimum: sed res sensibiles sunt qdam media quibus peruenitur ad cognitionem Dei. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea & c. sed cognitio sensibilibus est homini naturalis. ergo & cognitio intelligibilibus, & sic idem quod prius.

¶ 12 Præt. Nihil quod sit virtute aliqua naturali potest dici simpliciter esse contra naturam: sed qdam res vt herbæ vel lapides habent naturales virtutes euocandi mentem a sensibus, vt quædam mirabilia cernantur, quod videtur esse in raptu. ergo

raptus non est eleuatio contra naturam.

SED CONTRA est, quod 2. Corin. 12. super illud, Scio hominem, dicit Gloss. Raptum, id est contra naturam eleuatum. ergo & c.

Gloss. ordinaria ibi.

RESPON. Dicendum, quod sicut cuiuslibet alterius rei est quedam operatio naturalis rei, in quantum est hæc res, vt ignis, aut lapidis, ita etiam hominis est quedam operatio, in quantum est homo, quæ est ei naturalis. In rebus autem naturalibus dupliciter contingit transmutari rem aliquam a sua operatione naturali. Vno modo ex defectu propriæ virtutis, vnde cumq; talis defectus contingat, siue ex causa extrinseca, siue intrinseca, sicut est cū ex defectu virtutis formatiue in semine generatur fetus monstruosus. Alio modo ex operatione diuinæ virtutis, cui omnis natura ad nutum obedit, sicut fit in miraculis, vt cum virgo concipit, vel cæcus illuminatur. Et similiter etiam homo a sua naturali, & propria operatione dicitur immutari: potest autem esse hominis operatio propria intelligere mediante imaginatione & sensu. operatio. n. eius, qua solis intellectualibus inheret, omnibus inferioribus prætermisistis, non est eius in quantum est homo, sed in quantum aliquod in eo diuinum existit, vt dicitur 10. Ethic. operatio vero, qua solis sensibilibus inheret præter intellectum, & rationem, non est eius in quantum est homo, sed secundum naturam, quam cum brutis habet communem. Tunc igitur a naturali modo suæ cognitionis transmutatur, quando a sensib. abstractus aliqua præter sensum inspicit: hæc igitur transmutatio quod sit ex defectu propriæ virtutis, sicut accidit in phreneticis, & alijs mente captis, & hæc quidem abstractio a sensibus non est eleuatio hoīs, sed potius depressio. Aliquando vero talis abstractio fit virtute diuina, & tunc propriæ eleuatio quædã est, quia cum agens assimilet sibi patiens, abstractio, q̄ fit virtute diuina, quæ est supra hominem, est in aliquid altius, quam sit naturale homini. Sic ergo in descriptione raptus, qua definitur vt quidã motus, tangitur eius genus in hoc, quod dicitur, eleuatio, causa efficiens in hoc quod dicitur, vi superioris naturæ: & duo termini motus a quo & in quem, cum dicitur ab eo quod est secundum naturam & c.

Cap. 7. a medio 10. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cognoscere Deum contingit multipliciter, s. per essentiam suam & per res sensibiles, aut etiam per effectus intelligibiles. Similiter etiam distinguendum est de eo, quod est homini naturale. Vni enim & eidem rei est aliquid contra naturam, & secundum naturam secundum eius status diuersos, eo qd non est eadem natura rei dum est in fieri, & dum est in perfecto esse, vt dicit Rabbi Moyses, sicut quãtitas completa est naturalis homini cum ad perfectam peruenit etatem, esset autem contra naturã puero si in perfecta quantitate nasceretur. Sic igitur dicendum est quod intelligentiæ humanæ secundum quemlibet statum est naturale aliquo modo cognoscere Deum, sed in sui principio, s. in statu viæ est ei naturale, quod cognoscit Deum p creaturas sensibiles. Est etiam ei naturale quod perueniat ad cognoscendum Deum per seipsum in sui consumatione, s. in patria. Et si in statu viæ eleuetur ad hoc quod cognoscat Deum secundum statum patriæ, hoc erit contra naturam, sicut esset contra naturam, quod puer mox natus haberet barbam.

AD SECVNDVM dicendū, qd duplex est natura, s. particu-

Non p̄tendit a p̄tendit. Dicitur in 4. p̄tendit in 4. Dicitur in 4. p̄tendit in 4.

in Deum. toris pot. sentiam.

in hoc. p̄tendit. in Deum.

in Deum. in hoc. p̄tendit. in Deum.

in Deum. in hoc. p̄tendit. in Deum.

in Deum. in hoc. p̄tendit. in Deum.



particularis, quæ est propria vniuersali; rei, & vniuersalis, quæ complectitur totum ordinẽ causarum naturalium. Ex hoc dicitur esse dupliciter aliquid secundum naturam vel contra naturam. Vno modo quantum ad naturam particularem. Alio modo quantum ad vniuersalem, sicut omnis defectus & corruptio & senes est cõtra naturam particularem: sed tamen naturale est secundum naturam vniuersalem, vt omne compositum ex contrariis corrumpatur. Quia igitur ordo vniuersalis causarum hoc habet, vt inferiora a suis superioribus moueantur, omnis motus qui fit in inferiori natura ex impressione superioris, siue in corporalibus, siue in spiritalibus, est quidẽ naturalis secundum naturam vniuersalem: non autem secundum naturam particularem, nisi quando a superiori sic imprimitur in naturam inferiorem, vt ipsa impressio sit eius natura. Et sic patet quomodo ea, quæ a Deo in creaturis fiunt, possunt dici secundum naturam vel contra. Vnde & patet responsio ad tertium. Vel dicendum, quod ista eleuatio dicitur esse contra naturam, quia est contra solitum cursum naturæ, sicut glossa exponit Rom. 11.

AD QVARTVM dicendum, quod Deus quàmuis numquã contra iustitiã faciat, tamen aliquid præter iustitiã facit. Tunc enim est aliquid contra iustitiã, cũ subtrahitur alicui quod sibi debetur, vt patet in humanis cũ quis alteri furatur. Si vero ex liberalitate quadã tribuat quod nõ est debitũ, hoc nõ est cõtra iustitiã, sed præter. Sic igitur cũ Deus mentem humanam in statu viæ eleuat supra modum suum, non facit contra iustitiã sed præter.

AD QVINTVM dicendum, quod opus hominis ex hoc, quod habet bonitatẽ meriti, exigit, vt sit secundum rationẽ & voluntatẽ. Sed bonũ quod ei cõfertur in raptu, non est huiusmodi. Vnde nõ oportet quod procedat ex voluntatẽ humana, sed sola virtute diuina. Nec tñ potest dici omnino violentia, nisi sicut dicitur motus violentus quando lapsus proicitur deorsum velocius, quam sit dispositio motus naturalis: proprie tñ violentum est, in quo nihil confert vim patiens, vt dicitur 3. Ethic.

AD SEXTVM dicendum, quod hoc est cõmune intellectui, & sensui quod vterque deficit a perfecta perceptione excellentis obiecti, & si vterque de eo aliquid accipiat. Sed in hoc est differẽtia quod ex hoc, quod sensus ab excellenti sensibili mouetur, corrumpitur, vt nõ possit postmodũ minora sensibilia cognoscere: sed per hoc qd intellectus accipit de intelligibili excellenti cõfortat, vt melius postmodũ possit minora intelligibilia cognoscere. vnde auctoritas Philosophi nõ est ad propositũ.

AD SEPTIMVM dicendum, quod angelus, & anima nõ dicuntur esse pares natura, nisi quantum ad statũ vltimæ consumationis, in quo homines erunt sicut angeli in celo, vt dicitur Matth. 22. Vel dicendum, quod cõmunicat in natura intellectuali, quàmuis in angelis inueniatur perfectior.

AD OCTAVVM dicendum, quod peruentio ad terminum motus naturalis est naturalis, non quidem in principio vel medio, sed in fine motus, & propter hoc non sequitur.

AD NONVM dicendum, quod operationes rerũ naturalium, quæ sũt ex præstitutione diuina, dñr naturales quando principia illarum operationum sũt rebus indita, sicut sũt earum naturæ: nõ autẽ sic a Deo præstituitur homini eleuatio raptus.

AD X. dicendum, quod illud quod est prius in intentione naturæ, est posterius tempore, sicut se ha-

bet actus ad potẽtiam in eodem susceptibili, esse in actu est prius a natura, quàmuis vna & eadẽ res prius tempore sit in potentia quam in actu. Et similiter operatio anime, in quantum est spiritus, est prior quantum ad intentionem naturæ: sed posterior tempore. vnde si vna operatio fiat in tempore alterius, hoc erit contra naturam.

AD XI. dicendum, quod quàmuis ordo ad medium sit propter ordinem ad vltimum, tamen ad vltimum non peruenitur naturaliter nisi per medium. Et si aliter fiat erit preuentio non naturalis, & sic est in proposito.

AD XII. dicendum, quod illa abstractio a sensibus, quæ fit virtute naturali rerũ aliquarum, reducit in illam abstractionem, quæ fit ex defectu proprie virtutis: nõ illæ res habent naturam a sensibus abstractam, nisi in quantum obstupefaciunt sensus: vnde patet, quod talis abstractio a sensu, est aliena a natura.

ARTICVLVS I.

Utrum Paulus in raptu viderit Deum per essentiam.

SECUNDO queritur, utrum Paulus in raptu viderit Deum per essentiam. Et videtur quod non. Eph. 8. super illud, tenebris obcuratum habentes intellectum. Gloss. omnis, qui intelligit, quædam luce minori illustratur. si ergo intellectus eleuatur ad videndum Deum, oportet, quod illustretur aliqua luce ad huiusmodi visionem proportionata: sed lux talis non est nisi lux gloriæ, de qua dicitur in Ps. In lumine tuo videbimus lumen. ergo Deus per essentiam videri non potest, nisi ab intellectu beato: sed Paulus in raptu glorificatus non fuit, ergo Deum per essentiam non vidit. Sed dicendum, quod Paulus ut tunc beatus fuit.

¶ 2 Sed contra perpetuitas est de ratione beatitudinis, ut dicit August. de Ciuitate Dei. dicitur tñ illi non mansit in Paulo in perpetuum. ergo in statu illo non fuit beatus.

¶ 3 Præter. A gloria anime redundat gloria in corpore: sed corpus Pauli non fuit glorificatum, ergo nec mens eius fuit lumine gloriæ illustrata, & sic non vidit Deum per essentiam. Sed dicendum, quod videndo Deum per essentiam in statu illo non fuit beatus simpliciter, sed secundum quod.

¶ 4 SED CONTRA, ad hoc quod aliquis sit beatus simpliciter, nõ requiritur nisi actus gloriæ, & dos gloriæ quæ est principium illius actus: sicut corpus Petri fuisse simpliciter glorificatũ, si cum hoc conferebatur super aquas, huiusmodi actus in se habuisset principium quod dicitur agilitas: sed claritas quæ est principium diuinæ visionis quæ claritas gloriæ, est dos gloriæ. si igitur mens Pauli Deum vidit per essentiam, & illustrata fuit quæ est principium huius visionis, fuit simpliciter glorificata.

¶ 5 Præter. Paulus in raptu habuit fidem, & speram, sed ista non possunt simul stare cum visione Dei per essentiam, quia fides est de his quæ non apparent, vt dicitur Hebr. 11. & quod videt quis quod sperat, ut dicitur Rom. 7. ergo &c.

¶ 6 Præter. Charitas patriæ non est principium merendi, sed Paulus in raptu fuit in statu merendi, quia eius anima nondum erat a corpore corruptibili soluta, ut dicit August. 12. super Gen. ad litteram. ergo non habuit charitatem patriæ: sed ubi est charitas patriæ quæ est perfecta, ibi est charitas patriæ quæ est perfecta: quia quantum de Deo quilibet cognoscit, tantum diligit. ergo non vidit Deum per essentiam.

¶ 7 Præter. Diuina essentia sine gaudio uideri nõ potest.

cap. 1. circa  
mediũ rom.  
5.



est, ut dicit Aug. 1. de Trinit. si ergo Paulus vidit Deum per essentiam, in ipsa visione delectabatur. non ergo volebat ab ea separari, nec iterum Deus eum separavit inuitum, quia cum ipse sit summe liberalis, sua bona quantum in se est, non subtrahit ergo Paulus ab illo statu nunquam separatus fuisset, quod falsum est. ergo non vidit Deum per essentiam.

¶ 8. Item, Nullus habens aliquid bonum ex merito, amittit illud sine peccato: cum igitur videre Deum per essentiam sit quoddam bonum quod habetur ex merito, nullus Deum per essentiam videns potest ab hac visione remoueri, nisi forte contingeret ipsum peccare, quod de Paulo dici non potest, qui de se dicit Rom. 8. Certus sum quod neque &c. & sic idem quod prius.

¶ 9. Item queritur, cum Paulus dicat raptus, in quo differat eius raptus a sopore Adæ, & raptu Ioannis Evangeliste, in quibus dicit se in spiritu fuisse. Apoc. 1. & ab excessu mentis in quo fuit Petrus Act. 1. 1. Sed contra est, quod Augustinus dicit 12. super Genesim litteram, & ad Paulinam de videndo Deum, & quod habetur in glossa 2. Cor. 12. ex quibus omnibus habetur, quod Paulus in raptu vidit Deum per essentiam.

RESPON. Dicendum quod circa hoc quidam dixerunt, quod Paulus in raptu non vidit Deum per essentiam, quodam visione media inter visionem viam, & visionem patriam. Quia quidem visio media potest intelligi talis qualis est angelo naturalis, ut scilicet videat Deum, non quidem per essentiam cognitione naturali, sed per aliquas species intelligibiles, utpote considerando essentiam suam, quae est quaedam similitudo intelligibilis essentie increata, prout dicitur in libro de Causis, quod intelligentia scit quod est supra se in quantum est creata ab eo, ut sic intelligatur Paulus in raptu vidit Deum per resultantiam alicuius luminis intelligibilis in mente ipsius. Cognitio vero viam, quae est per speculum & anigma sensibilibus creaturam, est homini naturalis: sed cognitio patriam, quia Deus per suam essentiam videtur, est soli Deo naturalis. Sed haec positio repugnat dictis Augustini, qui expresse dicit in supradictis locis, quod Paulus in raptu vidit Deum per essentiam. Nec est probabile, ut minister veteris testamenti ad Iudeos Deum per essentiam videret, ut habetur ex hoc quod dicitur Numeri 15. Palam, & non per anigmata vidit Deum, & ministro noui testamenti, doctori Gentium hoc concessum non fuerit, precipue cum ipse Apostolus sic argumentetur 2. Cor. 3. Si ministratio danationis fuit in gloria, & nec tamen beatus fuit simpliciter, sed solum in quod, quamuis mens eius illustrata fuerit supernaturali lumine ad Deum videndum. Quod quidem apparere potest exemplo luminis corporalis. In quibusdam enim inuenitur lumen a sole, ut quaedam forma manens quasi connaturalis effecta, sicut in stellis & in carbunculo & huiusmodi. In quibusdam vero recipitur lumen a sole sicut quaedam passio transiens, sicut in aere: non enim efficitur lumen forma permanens in aere quasi connaturalis: sed transit ab eunte Sole. Similiter & lumen glorie dupliciter menti infunditur. Vno modo, per modum formae connaturalis factae & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam, & hoc modo infunditur beatis in patria. Alio modo contingit lumen glorie mentem humanam sicut quidam passio transiens: & sic mens Pauli in raptu fuit lumine gloria illustrata. Ipse enim est nomen raptum, & transeundo, ostendit hoc esse factum. Vnde

non fuit simpliciter glorificatus, nec habuit deum gloriam, cum illa claritas non fuerit effecta proprietate eius, & propter hoc non fuit derivata ab anima in corpus, nec in statu perpetuo mansit.

Vnde patet raptus ad quatuor primas rationes. AD QUINTVM dicendum, quod adueniente plena visione recedit fides. Vnde secundum hoc quod in Paulo fuit visio Dei per essentiam, non fuit ibi fides, fuit autem ibi visio Dei per essentiam secundum actum, non secundum habitum glorie. Vnde e contrario actus fuit ibi secundum habitum fidei, non secundum actum, similiter spes.

AD SEXTVM dicendum, quod quomodo Paulus tunc fuerit in statu merendi, non tamen in actu tunc mereretur, quia sicut habuit actum visionis patriam, ita habuit actum charitatis patriam. Quidam tamen dicunt, quod quis habuit actum visionis patriam, non tamen habuit actum charitatis patriam, quia si intellectus fuit raptus, non tamen fuit raptus eius affectus. Sed hoc est expresse contra id, quod habetur 2. Cor. 12. Raptus est in paradysum, gloria in tranquillitate qua fruuntur illi qui sunt in Hierusalem: fruitio autem est per amorem.

AD SEPTIMVM dicendum, quod hoc fuit ex ipsa conditione luminis mentem illustratis, quod visio illa in Paulo non permanit, ut ex dictis patet.

AD OCTAVVM dicendum, quod quis visio Dei beatus sit ex merito, in Paulo tunc non est reddita quasi premium meriti. Vnde ratio non sequitur. Tamen sciendum, quod haec duae ultimae rationes non magis concludunt, contra hoc quod Paulus Deum per essentiam viderit, quam contra hoc quod viderit quocumque modo supra modum communem.

AD ID, quod ultimo querebatur, dicendum, quod excessus mentis, extasis, & raptus, omnia in scripturis pro eodem accipiuntur, & significant elevationem quandam ab exterioribus sensibilibus, quibus naturaliter intendimus ad aliqua quae sunt super hominem. Sed hoc dupliciter contingit. Quiaque non intelligitur abstractio ab exterioribus, quantum ad intentionem tantum, ut scilicet cum quis exterioribus sensibus & rebus vitetur, sed tota sua intentio diuinis inspicendis & diligendis vacat. Et sic in excessu mentis, siue in extasi aut raptu, est quilibet diuinorum contemplator, & amator. Vnde dicit Dionysius 4. cap. de Diuinis nominibus. Est autem extasim faciens diuinus amor. & Gregorius in moralibus de contemplatione loquens dicit. Qui ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit. Alio modo, secundum quod in vtu praedicta nomina magis habentur, sit extasis aut raptus, aut excessus mentis, cum aliquis etiam actu ab vtu sensuum & sensibilibus rerum abstrahitur ad aliqua supernaturaliter videnda. Vt autem supernaturaliter praeter sensum, & intellectum & imaginationem, sicut in quodam de prophetia dictum est. Et ideo dupliciter raptum distinguit Augustinus 12. super Genesim ad litteram. Vnum, quo mens rapitur a sensibus ad imaginariam visionem, & sic accidit in Petro & Ioanne Evangelista in Apoc. ut Augustinus dicit. Aliud, quo mens rapitur a sensibus, & imaginatione simul ad intellectualem visionem. Et hoc quidem dupliciter. Vno modo, secundum quod intellectus intelligit Deum per aliquas intelligibiles immisiones, quod est proprie angelorum, & sit fuit extasis Ade, ut dicitur Genesim 2. in glossa, quod extasis recte intelligitur ad hoc immissa ut mens Ade particeps angelicae curiae, & intras in sanctuarium Dei nouissime intelligeret. Alio modo, secundum quod

non fuit simpliciter glorificatus, nec habuit deum gloriam, cum illa claritas non fuerit effecta proprietate eius, & propter hoc non fuit derivata ab anima in corpus, nec in statu perpetuo mansit.

Vnde patet raptus ad quatuor primas rationes.

AD QUINTVM dicendum, quod adueniente plena visione recedit fides. Vnde secundum hoc quod in Paulo fuit visio Dei per essentiam, non fuit ibi fides, fuit autem ibi visio Dei per essentiam secundum actum, non secundum habitum glorie.

Vnde e contrario actus fuit ibi secundum habitum fidei, non secundum actum, similiter spes.

AD SEXTVM dicendum, quod quomodo Paulus tunc fuerit in statu merendi, non tamen in actu tunc mereretur, quia sicut habuit actum visionis patriam, ita habuit actum charitatis patriam.

Quidam tamen dicunt, quod quis habuit actum visionis patriam, non tamen habuit actum charitatis patriam, quia si intellectus fuit raptus, non tamen fuit raptus eius affectus.

Sed hoc est expresse contra id, quod habetur 2. Cor. 12. Raptus est in paradysum, gloria in tranquillitate qua fruuntur illi qui sunt in Hierusalem: fruitio autem est per amorem.

AD SEPTIMVM dicendum, quod hoc fuit ex ipsa conditione luminis mentem illustratis, quod visio illa in Paulo non permanit, ut ex dictis patet.

AD OCTAVVM dicendum, quod quis visio Dei beatus sit ex merito, in Paulo tunc non est reddita quasi premium meriti. Vnde ratio non sequitur. Tamen sciendum, quod haec duae ultimae rationes non magis concludunt, contra hoc quod Paulus Deum per essentiam viderit, quam contra hoc quod viderit quocumque modo supra modum communem.

AD ID, quod ultimo querebatur, dicendum, quod excessus mentis, extasis, & raptus, omnia in scripturis pro eodem accipiuntur, & significant elevationem quandam ab exterioribus sensibilibus, quibus naturaliter intendimus ad aliqua quae sunt super hominem.

Sed hoc dupliciter contingit. Quiaque non intelligitur abstractio ab exterioribus, quantum ad intentionem tantum, ut scilicet cum quis exterioribus sensibus & rebus vitetur, sed tota sua intentio diuinis inspicendis & diligendis vacat.

Et sic in excessu mentis, siue in extasi aut raptu, est quilibet diuinorum contemplator, & amator. Vnde dicit Dionysius 4. cap. de Diuinis nominibus. Est autem extasim faciens diuinus amor. & Gregorius in moralibus de contemplatione loquens dicit. Qui ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit.

Alio modo, secundum quod in vtu praedicta nomina magis habentur, sit extasis aut raptus, aut excessus mentis, cum aliquis etiam actu ab vtu sensuum & sensibilibus rerum abstrahitur ad aliqua supernaturaliter videnda. Vt autem supernaturaliter praeter sensum, & intellectum & imaginationem, sicut in quodam de prophetia dictum est. Et ideo dupliciter raptum distinguit Augustinus 12. super Genesim ad litteram. Vnum, quo mens rapitur a sensibus ad imaginariam visionem, & sic accidit in Petro & Ioanne Evangelista in Apoc. ut Augustinus dicit. Aliud, quo mens rapitur a sensibus, & imaginatione simul ad intellectualem visionem. Et hoc quidem dupliciter. Vno modo, secundum quod intellectus intelligit Deum per aliquas intelligibiles immisiones, quod est proprie angelorum, & sit fuit extasis Ade, ut dicitur Genesim 2. in glossa, quod extasis recte intelligitur ad hoc immissa ut mens Ade particeps angelicae curiae, & intras in sanctuarium Dei nouissime intelligeret. Alio modo, secundum quod

In corp. & ad 1. argu.

par. 1. non multum procul a fine.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.

Ca. 28. 104.

Ep. 117.

Ep. 117.

Ep. 117.

Ep. 117.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.

Gloss. ordinaria super illud Ade, non inuenitur.



D. 1082. quod intellectus videt Deum per<sup>4</sup> essentiam, & F  
ad hoc fuit raptus Paulus, vt dictum est.

In cor. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum intellectus alicuius viatoris eleuari possit ad videndum Deum per essentiam, prater hoc quod a sensibus abstrahatur.

1.2. q. 85. art. 1.

**T**ERTIO. Quæritur vtrum intellectus alicuius viatoris possit eleuari ad videndum Deum per essentiam, sine hoc quod a sensibus abstrahatur. Et vñ quod sic. Eadem enim est natura hominis in statu viæ & post resurrectionem: non enim idē numero resurgeret nisi etiam idem spiritus esset: sed post resurrectionem sancti videbunt mente Deū per essentiam sine hoc, quod a sensibus aliqua abstractio fiat. ergo & in viatorib. idem possibile erit. Sed dicitur quod corpus viatoris, quia corruptibile est, aggrauatur intellectu, ne libere in Deum ferri possit, nisi a corporis sensibus abstrahatur, quæ quidem corruptio post resurrectionem non est. ¶ 2 Sed contra, nihil impedit sicut nec patitur, nisi a suo contrario, sed corruptio corporis non videtur contrariari actui intellectus, cum intellectus non sit corporis actus. ergo corruptio corporis non impedit, quin intellectus libere possit ferri in Deū. ¶ 3 Præter. Constat quod Christus nostram mortalitatem, & corruptionem penæ assumpsit: sed intellectus eius continuo Dei visione fruebatur, cū tamen in eo non fieret semper abstractio ab exterioribus sensibus. ergo corruptio corporis non facit, vt intellectus ferri non possit in Deum sine hoc, quod a sensibus abstrahatur.

Cap. 1. non procul a fi.

¶ 4 Præter. Paulus postquam Deum per essentiam viderat, memor fuit eorum quæ in illa visione cōspexit, alias non diceret 2. Corint. 3. quod audiat archana verba quæ non licet homini loqui, si eorum immemor esset. ergo dum Deum per essentiam videbat, videbat aliquid, quod in eius memoriam imprimebatur: sed memoria ad partem sententiam pertinet, vt patet per Philosophū in lib. de Memoria, & Remiscencia. ergo cum quis in statu viæ videt Deum per essentiam, non omnino abstrahitur a corporis sensibus.

Aug. ex ca. 12. com. 3.

¶ 5 Præter. Propinquiores sunt potentie sensitivæ sibi inuicem, quā intellectus sensitivus: sed imaginatio quæ est de potentis sensitivus potest esse in actu comprehensionis quorumcumque imaginabilium sine abstractione ab exterioribus sensibus. ergo & intellectus potest esse in actu visionis Diuinæ, sine abstractione a potentis sensitivus.

12. sup. Gen. cap. 28. circa med. tom. 3.

¶ 6 Præter. Illud quod est secundum naturam, non exigit ad sui præsentiam, aliquid eorum quæ sunt contra naturam: sed naturale est intellectui humano, quod Deum per essentiam videat, cum ad hoc creatus sit. cum ergo abstractio a sensibus homini sit contra naturam, cum sensitiva cognitio sit ei cōnaturalis, videtur quod ad videndum Deum per essentiam, abstractione a sensibus non indigeat.

¶ 7 Præter. Abstractio non est nisi vnitorum: sed intelligentia cuius obiectū est Deus, vt dicitur in lib. de Spiritu & Anima, non vñ corporis sensibus esse coniuncta, sed maxime distans. ergo ad hoc quod Deum per essentiam videat homo per intelligentiam, non indiget abstractione a sensibus.

¶ 8 Præter. Ad hoc vñ Paulus ad Dei visionem esse eleuatus, vt testis existeret illius gloria quæ sanctis re promittitur. Vnde Aug. dicit 10. super Gene. ad litteram, Cur non credamus, quod tanto Apostolo doctorem gentium raptus vsque ad ipsam excellentissimam visionem, voluerit Deus demonstrare vi-

ram, in qua post hanc vitam viuendum est in eternum: sed in illa sanctorum visione, quæ post hanc vitam erit in videtur Deum, non fiet abstractio a sensibus corporis post resurrectionem: ergo nec in Paulo huiusmodi abstractio facta fuisse videtur, cum Deum per essentiam vidit.

¶ 9 Præter. Martyres in ipsis tormentorum suppliciorum interius aliquid de diuina gloria percipiebant. Vnde Vincentius, Ecce iam in sublimē egor, & ceteri principes tuos faculo aliorum tyrannæ despicio. Et Laurentius. Mea nox obscurum non hiet, sed claret in luce clarescunt. & in aliis sanctorum passionibus multa legimur, quæ hoc sonare videntur: sed constat quod in eis non fiebat abstractio a sensibus, alias sensum doloris non habuissent. ergo ad hoc quod aliquis sit participes gloriæ, quæ Deus per essentiam videtur, non requiritur abstractio a sensibus.

¶ 10 Præter. Propinquior est operationi quæ circa sensibilia versatur intellectus prædictus, quæ speculatiua: sed non est necessarium quod intellectus prædictus semper intendat his, quæ homo circa sensibilia operatur, vt Auic. dicit in sufficiencia sua, alias contingeret quod optimus cythereus imperfectissimus videretur. si ad singulas choridarum percussiones oporteret cum artis consideratione vti. fieret enim nimia sonorum interruptio, quæ impediret debitam melodiam. ergo multo minus intellectus speculatiua cogitur intendere his, quæ homo circa sensibilia operatur, & sic liberum ei remanet in quamlibet intelligentiam ferri, etiam in ipsam diuinam essentiam, cum sensitiua vires circa operationes sensibiles occupantur.

¶ 11 Præter. Paulus dum vidit Deum per essentiam ad huc fidem habebat: sed fidei est videtur speculatiua in ænigmate. ergo Paulus simul dum videbat Deum per essentiam, videbat per speculatiua in ænigmate: sed ænigmatica cognitio est speculatiua, & est per essentiam sensibilibus intendenda, & sic idem quod prius.

**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit 12. super Gene. ad litteram, & habetur in gl. 2. Corint. 13. in illa specie quæ Deus est, nemo Deū videns vniuerbata ista, quæ mortaliter viuunt in istis sensibus corporis. Sed nisi ab hac vita quiescat quodammodo moriatur, sine omnino exiens de corpore, sine ita auctus & alienatus a corporis sensibus, vt merito non sciat vtrum in corpore an extra corpus sit, in illa non rapitur & subuehitur visionem.

¶ 2 Præter. 2. Cor. 5. super illud, siue mente excedimus, dicit gl. excessum mentis dicit quo menses eleuatur ad intelligenda celestia, ita ut quodammodo a mente labant inferiora. In hoc mentis excessu fuerunt omnes sancti, quibus archana Dei mundum istum excedentia reuelata sunt. ergo quicumque videt Deū per essentiam, oportet quod auertatur a consideratione inferiorum, & ita per consequens ab intellectu sensuum, quibus non nisi inferiora considerantur.

¶ 3 Præter. In Psal. 131. Benjamin ad. in mentis excessu, glo. mentis excessu Benjamin, id est Paulus in mentis excessu, mente scilicet alienata a sensibus corporis, ut quando raptus fuit usque ad tertium cœlum, intelligitur visio Dei per essentiam, ut dicit Aug. 12. super Genesim ad litteram, ergo visio Dei per essentiam requirit alienationem a corporis sensibus.

¶ 4 Præter. Efficacior est operatio intellectus quæ ad videndum Dei essentiam eleuatur, quam quæ ad imaginam



imaginationis operatio. sed aliquando hō propter vehementiam imaginationis abstrahit a corporeis sensib. ergo multo fortius oportet, quod abstrahatur ab eis, qm̄ in diuinam prouehitur uisionem.

¶ 5 Præ. Dama. dicit, delicata est diuina cōsolatio, q̄ non datur admittentib. aliena. ergo eadem rōne diuina uisio nō cōpatitur secum rei alterius uisionem, & ita non compatitur secum vsum sensuū.

¶ 6 Præ. Ad uidentium Deum per essentiam requiritur summa cordis mūditiā, Matt. 5. Beati mūdō corde: sed cor dupliciter immundatur. scilicet contaminatione peccati, & materialib. phantasiis, ut patet per hoc quod dicit Dion. 7. c. Cele. Hier. puras esse eas. f. celestes essentias estimandum est, non ut immundis maculis & iniquationibus liberatas, in quo tangitur immunditiā culpæ quæ in beatis angelis nunquam fuit, neque ut materialium receptiuas phantasiarum, in quo tangitur immunditiā, quæ est per phantasias, ut patet per expositionem Hug. de S. Vid. ergo oportet mentem uidentis Deum per essentiam non solum a sensibus exteriorib. sed ab interiorib. phantasiis abstrahi.

¶ 7 Præ. primæ ad Cor. 13. dī. cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed perfectum ibi nominat uisio Dei per essentiam. Imperfectum uero uisio specularis & ænigmatica, quæ est per sensibilia. ergo quādo aliquis eleuatur ad uisionem Dei per essentiam, oportet, quod abstrahatur a uisione sensibilibus.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex auctoritate Aug. patet, homo in hoc mortali corpore constitutus non potest Deum per essentiam uidere, nisi a sensibus corporeis alienetur. Cuius ratio ex duob. potest sumi. Primo quidem ex hoc, quod est commune intellectui & aliis animæ potentiis. hoc. n. in omnib. animæ potentiis inuenimus, quod qm̄ una potentia in suo actu intenditur, alia uel debilitatur in suo actu, uel ex toto abstrahitur: sicut patet in illo in quo operatio uisus fortissime intenditur, qd̄ auditus eius non percipit ea, quæ dicuntur, nisi forte sua uehementia ad se trahat sensum audientis. Cuius ratio est, quod ad actum cuiuslibet cognoscitiuæ potentia requiritur intentio, ut probat Aug. in libr. de Trin. Intentio autem unius non potest ferri ad multa simul, nisi forte illa multa hoc modo sint adinuicem ordinata, ut accipiantur quasi unum, sicut nec alicuius motus uel operationis possunt esse duo termini, non adinuicem ordinati. Vnde cum sit una anima, in qua omnes cognoscitiuæ potentia fundantur, unius & eiusdem intentio requiritur ad omnium potentiarum cognoscitiuarum actus, & ideo, cum totaliter anima intendat ad actum unius potentia, abstrahitur homo ab actu alterius potentia. Ad hoc autem quod intellectus eleuetur ad uidentium diuinam essentiam, oportet quod tota intentio in hanc uisionem colligatur, cum hoc sit uehementissimum intelligibile, ad quod intellectus pertingere non potest, nisi toto conamine in illud intendat. & ideo oportet quando mens ad diuinam uisionem eleuatur, quod omnino fiat abstractio a corporeis sensibus. Secūdo uero potest eiusdem ratio assignari ex eo, quod intellectui propinquū est. Cum. n. cognitio de rebus habeatur, secundum quod sunt in actu, & non secundum quod sunt in potentia, ut dī in 10. Meta. Intellectus qui summam cognitionis tenet, proprie immaterialium est, quæ sunt maxime in actu. Vnde omne intelligibile, uel est in se a materia imune, uel est actio intellectus a materia ab-

strahum. & ideo quanto intellectus purior est a materialium contactu, tanto perfectior est. & inde est quod intellectus humanus, quia materialia cōtingit ad phantasmata intruenda, quibus intelligibiles species abstrahit, est minoris efficacie quā intellectus angelicus, qui semper ad formas pure immateriales inruetur. Nihilominus tamen inq̄tum in intellectu humano puritas intellectus cognitiōis non penitus obscuratur, sicut accidit in sensib. quorum cognitio ultra materialia ferri non potest, ex hoc ipso quod in eo de puritate remanet, inest ei facultas ad ea, quæ sunt pure immaterialia contuenda. Et ideo oportet, quod si aliquando post communem modum ad summum immaterialium uidentium. scilicet diuinam essentiam eleuetur, quod saltem in illo actu positus ab intuitu materialium abstrahatur. Vnde, cū sensitiue vires non nisi circa materialia uersentur, non pōt aliq̄s ad diuinam essentiam eleuari uidentium, nisi ab usu corporeorum sensuum penitus abstrahatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod alia rōne cōiungetur anima beata corpori post resurrectionem, & alia nunc coniungitur. In resurrectione. n. corpus erit omnino spiritui subditum, in tm̄ q̄ ex ipso spiritu proprietates gloriæ redundabit in corpus. Vnde & spiritalia corpora appellantur. Quando autem duo adiunguntur quorum unū super alterum totaliter dominium obtinet, non est ibi mistio, cum alterum totaliter transeat in potestatem dominantis: sicut cum una gutta aque in mille amphoras uini infunditur, in nullo puritati uini præiudicatur. & ideo in resurrectione ex coniunctione ad corpus qualicumque, nulla erit impuritas intellectus, nec in aliquo uirtus eius debilitabitur. Vnde, & sine abstractione a corporeis sensibus diuinæ essentia contemplanda intendit. Nunc autem corpus non est hoc modo spiritui subditum, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex hoc corpus nostrum corruptibile est, quod ipsum corpus nō est plene animæ subditum. si. n. plene animæ subderetur, ex immortalitate animæ redderet immortalitas etiam corpus, sicut post resurrectionem erit, & exinde est q̄ corruptio corporis aggrauat intellectū. Quamuis. n. secundum se intellectui non cōtrarietur: tm̄ cū sit eius cā, intellectus puritati præiudicat.

AD III. dicendum, q̄ Chrus ex hoc, qd̄ erat Deus & hō hēbat plenariam potestatem super oēs partes animæ sue, & sup corp⁹: un̄ ex uirtute deitatis fm̄ quod n̄rē reparōni competeat, permittebat unicuiq̄ potentiā animæ agere id, qd̄ est ei proprium, ut dicit Dam. & sic non erat necessariū in ipso, neque quod fieret redundantia ex una potentia in aliam, neque quod una potentia a suo actu abstraheretur per uehementiam actus alterius. Vnde per hoc quod intellectus eius uidebat Deum, nō oportebat aliquam abstractionem a corporeis sensib. fieri. Secus aut̄ est in alijs hominibus, in quib. ex quadam colligantia potentiarum animæ adinuicem sequitur de necessitate, quod fiat redundantia, uel impedimentum ex una potentia in aliam.

AD IIII. dicendum, quod paulus postq̄ cessauit uidere Deum per essentiam, memor fuit eorum, q̄ in illa uisione cognouerat, per aliquas spēs in intellectu ipsis remanentes, quæ erant quasi qd̄a reliquæ preritæ uisionis. Quamuis. n. ipsum Dei uerbum per essentiam uiderit, & ex ipso uiso multa cognouerit, & sic illa uisio, nec q̄tū ad ipsū uerbum, nec q̄tū ad ea, q̄ uidebant in uerbo, fuerit p̄ spēs

Quæst. dif. S. Tho. CCC aliquas

Amatio

Super celo

in terra

in corp

in act

in act

l. i. q. c. iij. in ter med. & suam.



aliquas: sed per solam essentiam verbi, tamen ex ipsa aspersione verbi imprimantur in intellectu quedam rerum visum similitudines, quibus postmodum cognoscere poterat ea, quæ prius per essentiam verbi viderat, & ex illis speciebus intelligibilibus per quandam applicationem ad particulares intentiones, vel formas in memoria, vel in imaginatione conferuatas, postmodum poterat memorari eorum, quæ prius viderat etiam secundum actum memorie, quæ est potentia sensitiva. & sic non oportet ponere, quod in ipso actu diuinæ visionis aliquid fieret in eius memoria, quæ est pars potentie sensitivæ: sed solum in mente.

Ad v. dicendum, quod quis non per quemlibet actum imaginatiuæ virtutis fiat abstractio a sensibus exterioribus; sit tamen abstractio prædicta quæ actus imaginationis est vehemens, & similiter non oportet, quod per quemlibet actum intellectus fiat abstractio a sensibus: sicut tamen per actum vehementissimum, qui est visio Dei per essentiam.

Ad vi. dicendum, quod quamuis naturale sit intellectui humano, quod quandoque ad visionem diuinæ essentiae perueniat: non tamen est sibi naturale, quod ad hoc perueniat secundum statum viæ huius, ut dictum est, & per hoc ratio non sequitur.

In corp. ar.

Cap. 24. in prin. tom. 3

Ad vii. dicendum, quod intelligentia nostra qua diuina apprehendimus, quamuis non commisceatur sensibus per viam apprehensionis, admiscetur tamen eis per viam iudicij. Vnde dicit Aug. 12. super Gen. ad literam, quod per intelligentie lumen est ista inferiora diiudicantur, & ea cernuntur que neque sunt corpus, neque ulla gerunt formas similes corporum & ideo intelligentia quandoque a sensibus abstrahi dicitur, cum de eis non iudicat, sed solis supernis inspicendis intendit.

1. de Tric. 8 a med & c. 23. co. 2

Ad viii. dicendum, quod substantia beatitudinis sanctorum, in visione diuinæ essentiae consistit. Vnde dicit Aug. quod visio est tota merces unde ex hoc quod diuinam essentiam vidit, portuit esse illius beatitudinis idoneus testis. Nec tamen oportuit, quod omnia in se experiretur, quæ beatis inerunt, sed ut ex his quæ experiebatur etiam alia scire posset. Non enim rapiebatur, ut esset beatus, sed ut esset beatitudinis testis.

D. 847.

ca. 16. a me. tom. 3.

Ad ix. dicendum, quod amartyres in tormentis existentes percipiebant aliquid de diuina gloria, non quasi eam in suo fonte bibentes, sicut illi qui Deum per essentiam vident, sed aliqua illius gloriæ aspersione refrigerabantur. Vnde dicit Aug. 12. super Gen. ad literam, ubi dicitur Deus per essentiam usque beata vita in suo fonte bibitur. Vnde aspergitur aliquid huic humanæ vitæ, ut in tentationibus huius sæculi temperanter, iuste, fortiter, prudenterque videtur.

Ad x. dicendum, quod in electis speculatiuis non cogitur, ut attendat his, quæ circa sensibilia aliquis operatur, sed potest circa alia intelligibilia negotiari. Tanta tamen potest esse in actu speculationis vehementia, quod omnino a sensibili operatione abstrahatur.

Ad xi. dicendum, quod quamuis in illo actu Paulus habuit habitum fidei: non tamen habuit actum.

ARTICVLVS IIII.

Quæ abstractio requiratur ad hoc, quod intellectus Deum per essentiam videre possit.

3. 2. p. 75. n. 64

Quarto queritur, quanta abstractio requiritur ad hoc, quod intellectus Deum per essentiam videre possit, & videtur quod requiratur abstractio ab ipsa vnione, qua anima corpori vnitur, ut forma, vires

Formam animæ uegetabilis sunt magis materiales, quam sensibiles anime: sed ad hoc quod intellectus uideat Deum per essentiam, oportet, quod fiat abstractio a sensibus, ut dictum est. ergo multo fortius ad puritatem illius visionis requiritur, quod fiat abstractio ab actu animæ uegetabilis: sed hæc abstractio non potest fieri in statu animalis uitæ, quod anima corpori vnitur, ut forma, quæ, ut dicit Phil. nutriuntur animalia semper, ergo ad uisionem diuinæ essentiae requiritur, quod fiat abstractio ab vnione, qua anima corpori vnitur, ut forma.

¶ 2. Præ. Exo. 33. super illud, Non uidebit me homo & uiuet, dicit glo. Aug. ostendit huic uite corruptionibus carnis, Deum sicut est, appetere non posse. In illa tamen uita potest, ubi, ut uiuatur, huic uitæ mortendum est, & gl. Gre. Ibidem, Qui sapientiam quæ Deus est, uidet, huic uitæ funditus moritur: sed mors est per separationem animæ a corpore, cui vnitur ut forma, oportet ergo fieri separationem omnino a corpore ad hoc, quod Deus persentiam uideatur.

¶ 3. Præ. Viuere uiuentibus est esse, ut dicitur 1. de anima: esse autem hominis uiuentis est per hoc, quod anima corpori vnitur, ut forma. sed Exo. 33. dicitur non uidebit me homo & uiuet, ergo quamdiu anima corpori vnitur, ut forma, non potest per essentiam Deum uidere.

¶ 4. Præ. Fortior est vnio qua vnitur anima corpori, ut forma, quam illa qua vnitur ei, ut motus, ex qua unione proueniunt operationis potentiarum per organa corporea operantes: sed hæc secunda vnio impedit uisionem diuinæ essentiae, quæ eius oportet, quod fiat abstractio a sensibus corporis, ut dictum est. ergo multo fortius hæc prima vnio impediet, & sic oportebit ab ea abstractionem fieri.

¶ 5. Præ. Potentia non eleuatur supra modum essentiae, cum potentia ab essentia fluat, & in ipsa dicitur, si ergo essentia animæ fuerit corpori materiali unita, ut forma, non poterit esse, quod intellectus potentia ad ea que sunt omnino immaterialia, eleuetur, & sic idem quod prius.

¶ 6. Præ. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quæ ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam sed ad hoc quod mens Deum per essentiam uideat, oportet esse deputari a similitudinibus corporis, que apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est: ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essentiam uideat.

¶ 7. Præ. 2. Cor. 5. dicitur, quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: per fidem ambulamus & non per speciem, ergo quamdiu est anima in corpore, non potest Deum in sua specie uidere.

¶ 8. Præ. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quæ ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam sed ad hoc quod mens Deum per essentiam uideat, oportet esse deputari a similitudinibus corporis, que apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est: ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essentiam uideat.

¶ 9. Præ. 2. Cor. 5. dicitur, quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: per fidem ambulamus & non per speciem, ergo quamdiu est anima in corpore, non potest Deum in sua specie uidere.

¶ 10. Præ. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quæ ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam sed ad hoc quod mens Deum per essentiam uideat, oportet esse deputari a similitudinibus corporis, que apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est: ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essentiam uideat.

¶ 11. Præ. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quæ ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam sed ad hoc quod mens Deum per essentiam uideat, oportet esse deputari a similitudinibus corporis, que apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est: ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essentiam uideat.

¶ 12. Præ. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quæ ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsam sed ad hoc quod mens Deum per essentiam uideat, oportet esse deputari a similitudinibus corporis, que apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est: ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essentiam uideat.

¶ 13. Præ. Hoc idem patet per Aug. in epistola ad Paulum, ubi dicitur, Non est inquit incredibile quod dicitur, quod dicitur Deum, Non est inquit incredibile quod dicitur, quod dicitur Deum, Non est inquit incredibile quod dicitur, quod dicitur Deum.



dam sanctis, nondum ita defunctis, vt sepelienda cadauera remaneret etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam, vt s. Deum per esentiam videret. ergo anima potest Deum uidere ad huc corpori vnita, vt forma.

RESPON. Dicendum, quod ad visionem diuine essentiae, quae est actus perfectissimus intellectus requiritur abstractio ab illis, quae vehementer intellectui actus nata sunt impedire, & per eam impediuntur. hoc autem in quibusdam contingit per se, in quibusdam per accidens: per se quidem impediunt se inuicem intellectus & sensitivae operationes; tum per hoc quod in utriusque operationibus oportet intentionem esse; tum etiam, quia in intellectu quodammodo sensibilibus operationibus admiscetur, cum a phantasmatibus accipiat, & ita ex sensibilibus operationibus quodammodo, intellectus puritas inquinatur, vt prius dictum est: sed ad hoc quod anima corpori vnitur, vt forma non requirit aliqua intentio cum, haec vnio non dependeat ex voluntate animae; sed magis ex natura. Similiter ex tali unione puritas intellectus dicitur non inquinatur. Anima enim non vnitur, corpori, ut forma mediantibus suis potentis: sed per essentiam suam, cum nihil sit medium inter materiam & formam, ut probatur in 8. Met. Nec tamen essentia animae, ita corpori vnitur, quod totaliter corporis conditione sequatur, sicut aliae formae materiales, quae sunt omnino in materia quasi submersae, in quantum quod nulla virtus aut actio ex eis prodire potest nisi materialis. Ab essentia vero animae non solum procedunt quaedam vires, seu potentiae quae sunt quodammodo corporales, upote reorum organorum actus existentes. s. vires sensitivae & vegetativae: sed vires intellectivae, quae sunt penitus immateriales, nullius corporis aut partis corporis actus existentes, ut probatur 3. de Anima. vnde patet quod vires intellectivae non procedunt ex essentia animae ex illa parte, quae est corpori unita: sed magis secundum hoc quod remanet a corpore libera, utpote ei non totaliter subiugata & sic vnio animae ad corpus non pertingit usque ad operationem intellectus, ut possit eius puritate impedire. unde per se loquendo ad operationem intellectus quantumcumque intenditur, non requiritur abstractio ab illa unione; quia anima corpori vnitur, vt forma. Similiter nec requiritur abstractio ab operationibus animae vegetabilis. Operationes enim huius partis animae sunt quasi naturales; quae patet ex hoc quod complentur virtute qualitativae actuariae & passivae. s. calidae & frigidae, humidae & siccae. Vnde nec rationi, sicut voluntati obediunt, ut patet in 1. Eth. & sic patet quod ad huiusmodi actus non oportet intentionem averti ab operatiua. Similiter nec operatio intellectiva aliquo modo huiusmodi operationibus admiscetur, cum neque ab eis accipiat, propter hoc quod non sunt cognoscitivae, neque in se aliquo corporeo utraque intellectus, quod oportet per operationes animae vegetabilis sustineri, sicut accidit de organis potentiarum sensitivae, & sic puritati intellectus nihil praedicat per operationes animae vegetabilis. Vnde patet, quod per se loquendo operatio vegetabilis, & operatio animae intellectivae non se impediunt. Per accidens tamen potest ex altera alteri impedimentum provenire, in quantum intellectus accipit a phantasmatibus, quae sunt in organo corporali. quae oportet per actum vegetabilis aie nutriti & conservari: & sic per actum nutritivae potentiae eorum disponuntur,

A & per consequens operatio potentiae sensitivae, qua intellectus accipit, & ita per accidens ipsius intellectus operatio impeditur, sicut patet in somno, & post cibum. & econverso per hunc modum operatio intellectus impedit operationem animae vegetabilis, in quantum ad operationem intellectus requiritur operatio imaginativae virtutis, ad cuius vehementiam oportet calorem & spirituum concursum fieri, & sic impeditur actus virtutis nutritivae per vehementiam contemplationis: sed hoc non habet locum in illa contemplatione, qua Dei essentia videtur, cum talis contemplatio imaginativae operatione non egeat. & sic patet quod ad videndum Deum per essentiam nullo modo requiritur abstractio ab actibus animae vegetabilis, nec aliqua eorum debilitatio: sed solum ab actibus sensitivae potentiarum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quantumvis potentiae animae vegetabilis sint magis materiales, quam potentiae animae sensitivae: tamen cum hoc sunt magis ab intellectu remotae, & sic minus possunt impedire vehementiam intellectus, vel impediri ab ea.

AD II. Dicendum, quod vivere dicitur dupliciter. Vno modo, ipsum esse viventis, quod relinquitur ex hoc, quod anima vnitur corpori, ut forma. Alio modo, ponitur vivere pro operatione vitae: & sic distinguit philosophus in 2. de Anima vivere per intelligere & sentire, & alias animae operationes. & similiter cum mors sit privatio vitae, oportet, quod similiter distinguitur, ita quod quandoque designat privationem illius unionis, qua anima corpori vnitur, vt forma, aliquando vero privationem operum vitae. Vnde Augustinus super Gen. ad litteram ab hac vita, inquit, quisque quodammodo moritur: sicut omnino exiens de corpore: sicut avertus & alienatus a carnalibus sensibus. & sic accipitur mori in glosis inductis: quod patet ex hoc quod subiungitur in glo. Grego. Qui sapientiam inquit, qui Deus est, videt hanc vitam, sed dicitur moritur, ne eius amore teneatur. & per hoc patet solutio ad tertium.

AD III. Dicendum, quod ex hoc ipso, quod illa vnio qua anima vnitur, ut forma est fortior, sequitur quod ab ea minus possit fieri abstractio.

AD V. Dicendum, quod ratio illa recte concluderet si essentia animae, ita corpori vniretur, quod esset omnino corpori subiugata, quod falsum esse iam diximus.

AD VI. Dicendum, quod similitudo corporalis, quae requiritur ad operationem imaginativae & sensitivae: licet sit immaterialior quam ipsum corpus: tamen est vicinior se habens ad operationem intellectus: & ita magis eam impedire potest, vt dictum est.

AD VII. Dicendum, quod verbum apostoli intelligendum est secundum quod dicimus esse in corpore, non solum ex hoc quod anima corpori vnitur ut forma: sed etiam ex hoc, quod corporeis sensibus utimur.

ARTICVLVS V.

Quidam in raptu Paulus sciuerit, vel nesciuerit.

QVINTO quaeritur, quid est illud, quod Apostolus circa raptum suum sciuit & quid nesciuit. & videtur quod sciuerit, an anima eius esset in corpore. Ipse enim melius hoc sciuit, quam aliquis sequentium: sed communiter a multis determinatur quod anima Pauli in isto raptu corpori eius vniret, ut Quast. dist. Tho. CCC 2 forma.

Ac. p. 222.

Com. 13. c. 2.

Li. 23. c. 37. circa finem illius co. 3.

Com. 13. c. 2.

Articulus V.

Quast. dist. Tho. CCC 2 forma.



forma. ergo multo fortius Paulus hoc sciuit.

¶ 2. Præ. Paulus in illo raptu sciuit quid uiderit & qua uisione uiderit, quod patet ex hoc quod dicit scio hominem &c. sciuit ergo quid esset illud cælum, utrum res corporalis uel spiritualis, & an illud spiritualiter uel corporaliter uiderit: sed ad hoc sequitur eum sciuisse, utrum in corpore an extra uiderit: quia corporalis uisio non potest fieri nisi per corpus. Intellectualis uero semper fit sine corpore, ergo ipse sciuit, an esset in corpore an non.

¶ 3. Præ. Sicut ipsemet dicit, ipse sciuit hominem raptum usque ad tertium cælum: sed homo nominat coniunctum ex anima & corpore. ergo sciuit animam corpori esse coniunctam.

¶ 4. Præ. Ipse sciuit se esse raptum, ut ex uerbis suis patet: sed mortui non dicunt rapti, ergo sciuit se non esse mortuum, & ita sciuit animam esse corpori coniunctam.

¶ 5. Præ. Ipse uidit Deum in raptu illa uisione, qua sancti in patria uident Deum, ut dicit Aug. 9. sup. Gene. ad literam, & in epistola de uidentendo Deum: sed sanctorum anima quæ sunt in patria, sciunt, an sint in corpore, uel extra corpus. ergo & Apostolus? hoc sciuit.

¶ 6. Præ. Greg. dicit quid est quod non uideat qui uidentem omnia uidet, quod præcipue pertinet uidetur de his, quæ ad ipsos uidentes pertinet: sed hoc maxime pertinet ad animam, utrum sit corpori coniuncta uel non. ergo &c.

SED CONTRA est, quod dicit 1. Cor. 12. scio hominem &c. usque nescio Deus scit. ergo nesciuit utrum esset in corpore, uel extra corpus.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim intellexerunt, quod Apostolus diceret se nescire non quidem, an anima esset corpori coniuncta in illo raptu, an non: sed an esset raptus secundum animam & corpus simul, ut corporaliter portaretur in cælum, sicut Abachuc portatus legitur, Dan. ult. an secundum animam tantum, id est in uisionibus Dei sicut dicitur Ezech. 4. in uisionibus Dei adduxit me in terram Israel. & hunc intellectum cuiusdam Iudæi exprimit Hiero.

in prologo super Dani. ubi dicit, denique & apostolum nostrum non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore: sed dixisse, siue in corpore &c. Hunc autem intellectum Aug. reprobatur 12. super Gen. ad literam. Constat enim ex uerbis Apostoli, quod ipse sciuit se esse raptum usque in tertium cælum. Constat ergo illud cælum, in quo raptus est, esse uere cælum, non aliquam cæli similitudinem. Si enim hoc uolisset intelligere cum dixit se raptum in cælum, id est ad uidendum imaginariæ similitudinem cæli, eodem modo poterat affirmare se raptum esse in corpore, id est in similitudine corporis huius, & sic non fuisset necessarium discernere quod sciret & nesciret: quia utrumque aequaliter sciret: & se esse in cælo, & se raptum esse in corpore, id est in similitudine, sicut accidit in somnijs. Sciuit ergo pro certo, quod illud, in quo raptus fuit, uere erat cælum. ergo sciuit an esset corpus uel res incorporea. Si enim erat corpus, in eum rapiebatur corporaliter: si uero erat res incorporea, in eam corporaliter rapti non poterat.

Restat ergo quod Apostolus non dubitauit, an raptus ille esset corporalis, uel spiritualis tantum: sed sciuit solo intellectu se in illud cælum esse raptum: dubitauit autem an in ipso raptu anima eius esset in corpore, an non. & hoc quidam alij concedunt: sed dicunt, quod quamuis in illo raptu Apostolus hoc nesciuerit, sciuit tamen illud postea coniiciens ex ipsa uisione, quæ prius habuerat. In illo enim raptu tota mens eius in diuina cõferebatur, nec hoc percipiebat, an anima

esset in corpore, an non: sed hoc etiam expressè contrariatur uerbis apostoli. Sicut enim distinguit quod sciuerit & quod nesciuerit, ita distinguit præteritum, quasi præteritum narrat raptum hominem ante annos quatuordecim: sed quasi præteritum constituit se scire aliquid & aliquid nescire. ergo post annos quatuordecim ab illo raptu adhuc nesciebat, an in corpore, an extra corpus fuerit, quando raptus fuit. & ideo alij dicunt, quod nec raptus sciuit, nec post an anima esset in corpore, secundum aliquem modum, & non simpliciter. Dicit enim quod sciuit, & tunc & postea quod anima uidebatur corpori, ut forma: sed nesciuit, utrum hoc modo corpori uideretur, ut eius anima aliquid a sensibus acciperet: uel secundum alios, utrum uires nutritiue essent in suis actibus, secundum quæ anima corpori ad ministrat: sed hoc etiam non ut consonum uerbis Apostoli quod dicebat se nescire, an in corpore fuerit, an extra corpus simpliciter. & præterea hoc non multum ad rem pertinere uidebitur, ut diceret se nescire, utrum tali uel tali modo in corpore fuerit, ex quo anima omnino a corpore separata non erat. & ideo dicendum, quod simpliciter nesciuit, an anima esset corpori coniuncta uel non. & hoc est quod Augustinus 12. sup. Gen. ad literam post longam inquisitionem concludit dicens. Respondeo ergo fortasse, ut hoc ipsum eum intelligamus ignorasse, utrum quando in tertium cælum raptus esset, in corpore fuerit, quomodo anima in corpore, cum corpus uiuere dicit, siue uigilans, siue dormiens, siue in extasi a sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exiret, ut mortui corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membrorum mortuis anima redderetur, & non quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus rediret in sensus: sed mortuus omnino reuiuisceret.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicit Augustinus 12. super Gen. ad literam, utrum in corpore, an extra corpus dubitat Apostolus. Unde illo dubitante quis uel certus esse audeat. Unde Augustinus hoc indeterminate reliquit. Quod autem postea res aliquid de hoc dederunt, magis loquuntur ex probabilitate, quam ex certitudine. Ex quo asseritur potuit, quod anima illa adhuc unita remanens hoc modo raperet: sicut se raptum dicit Apostolus, ut ex dictis patet, probabilius est quod unita remaneret. Ad u. dicendum, quod rilla procedit contra intellectum uerborum Apostoli primo positum, quo intelligitur ipsi dubitasse non de cõdõne raptus, utrum anima corpori fuerit unita: sed de modo raptus, utrum raptus fuerit corporaliter, uel spiritualiter tantum. Ad iii. dicendum, quod per synecdochiam quæque pars hominis homo nominatur, & præcipue anima quæ est hominis eminentior pars. Quæ uis etiam possit intelligi, eum quem raptum dicit, non tantum fuisse hominem, quando raptus fuit: sed post annos quatuordecim, quando hoc dicebat, scio hominem in Christo: non autem dicit hominem raptum usque ad tertium cælum.

AD ii. dicendum, quod dato quod inuenitur in illo statu anima apostoli a corpore separata, illam separationem non fuit per aliquem naturalem modum, sed per uirtutem diuinam ipsam animam a corpore abstractam, non ad hoc quod simpliciter separata remaneret, sed ad tempus. & pro tanto raptus dici potuit, & si non ois mors raptus dici potuit.

AD v. dicendum, quod sicut dicit Augustinus 12. super Genesim ad literam apostolo arrepto a carnalibus sensibus in tertium cælum & paradysum, hoc ipsum

corde

12. super ge. ut. ca. 28. 10. 4.

4. dialo. ca. 33. in fin. & Lib. 12. mor. cap. 13. & 1. moral. ca. 3.

Declinando ad fin. illius incipit Danciellem Propheram 10. 4. ca. 3. in prin. et. 10. 3.



certe defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum quæ in angelis est, quod siue in corpore, si extra corpus esset, nesciebat. hoc itaque non deerit cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum corruptibile hoc induet incorruptionem: & sic patet quod licet eius uisio, quantum ad aliquid, fuerit similis uisioni beatorum, tamen quantum ad aliquid fuit imperfectior.

Ad vi. Dicendum, quod Paulus non fuit raptus ad uidentium Deum, ut esset beatus simpliciter: sed ut testis esset beatitudinis sanctorum, & diuinorum mysteriorum, quæ ei reuelata sunt. Vñ illa tñ uidit in uisione uerbi, propter quæ cognoscenda rapiebatur: non autem omnia sicut erit in beatis precipue post resurrectionem. Tunc enim, ut Aug. B. promissis uerbis subiugit, omnia erant euidentia sine ulla fallitate, & sine ulla ignorantia.

QVÆS. TIO XIII.

De fide.

In duodecim articulos diuisa.

- ¶ Primo, quæritur quid sit credere.
- ¶ Secundo, Quid sit fides.
- ¶ Tertio, Vtrum fides sit uirtus.
- ¶ Quarto, In quo sit fides sicut in subiecto.
- ¶ Quinto, Vtrum forma fidei sit charitas.
- ¶ Sexto, Vtrum fides informis sit uirtus.
- ¶ Septimo, Vtrum sit idē habitus fidei informis, & formati.
- ¶ Octauo, Vtrum proprium obiectum fidei siue ritas prima.
- ¶ Nono, Vtrum fides possit esse de rebus scitis.
- ¶ Decimo, vtrum homini sit necessarium habere fidem.
- ¶ Undecimo, vtrū necessariū sit explicite credere.
- ¶ Duodecimo, vtrum sit una fides modernorum & antiquorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quidnam sit credere.

VAESTIO est de fide, & primo quærit, quid sit credere. dicitur autem ab Aug. in li. de prædestinatione sanctorum, & hñ in gl. 2. Cor. 3. super illud, Non quod suffi-



cienties simus cogitare &c. quod credere est cum assensione cogitare. Videtur autem quod inconuenienter. Sciens enim a credente distinguitur, ut patet per Aug. in lib. de uidentio Deum: sed sciens in quantum scit cogitat aliquid & assentit, ergo in conueniēter describitur credere, cū dicitur, quod credere est cum assensione cogitare.

¶ 2 Præ. Cogitatio quandam inquisitionem importat, dicitur enim cogitare quasi coagitare, i. discurre, & conferre unum cum altero: sed inquisitio remouetur a fidei ratione, quia ut dicit Dam. fides est non inquisitus consensus. ergo male dicit, quod credere sit cum assensione.

¶ 3 Præ. Credere est actus intellectus: sed assensio uidetur ad affectum pertinere, dicimur enim assensu in aliquid consentire. ergo assensio ad credere non pertinet.

¶ 4 Præ. Nullus cogitare dicitur, nisi quādo actualiter aliquid considerat, ut patet per Au. 14. de Tri. sed qui non actualiter cogitat aliquid dicitur credere, sicut fidelis dormiens. ergo credere non est cogitare.

¶ 5 Præ. Simplex lumen simplicis cognitionis præci-

pium est: sed fides est quoddam simplex lumē, ut patet per Dion. 7. c. de diuinis nom. ergo credere quod est ex fide, est simplex cognitio, & sic nō est cogitare, quod dicit cognitionem collatiuam.

Post mediū illas.

¶ 6 Præ. Fides, ut dicitur communiter, prima ueritati propter se ipsam assentit: sed qui assentit alicui conferendo non assentit ei propter se ipsam, sed propter aliud ad quod confert. ergo in credendo non est aliqua collatio & ita nec cogitatio.

¶ 7 Præ. fides dicitur certior omni scientia & omni cognitione: sed principia propter sui certitudinem sine cogitatione, uel collatione cognoscuntur. ergo & credere sine cogitatione est.

¶ 8 Præ. Virtus spiritalis est efficacior corporali, ergo & lux spiritalis est potentior, quā lux corporalis: sed lux corporalis exterior perficit oculū ad hoc, quod statim cognoscat uisibilia corporalia, ad quod non sufficiebat lux innata. ergo lux spiritalis diuinitus adueniens perficiet intellectū ad cognoscendum ea, ad quæ etiam non sufficit rō naturalis sine aliqua cogitatione & collatione, & sic credere sine cogitare est.

¶ 9 Præ. Cogitatio uel potentia a philosophis ponit in parte sensitua: sed credere non est nisi mentis, ut Aug. dicit. ergo credere non est cogitare.

RESPON. Dicendum, quod Aug. sufficienter describit credere, cum per huiusmodi definitionem eius esse demonstratur, & distinctio ab omnibus aliis actibus intellectus, quod sic patet. Intel-

li. de præc. sanct. cap. 2.

lectus enim nostri secundum philosophum in li. de anima duplex est operatio. una qua format simplices rerum quidditates, ut quid est hō, uel quid est animal. In qua quidem operatione non inuenitur uerum per se, nec falsum, sicut nec in uocibus incomplexis. Alia operatio intellectus est, secundū quam componit, & diuidit affirmando & negando, & in hac iam inuenitur uerum, & falsum, sicut

3. de anima co. 21. & 22. tom. 2.

& in uoce cōplexa, q̄ est eius signum: non aut inuenit credere in prima operatione, sed in secūda: credimus. n. uera & discredimus falsa. Vñ ē: & apud Arabes prima operatio intellectus uocatur imaginatio, secūda aut uocat fides, ut patet ex uerbis Com. in 3. de Aia. Intellectus aut possibilis, cū

Com. 21.

quantum sit de se sit in potentia respectu oium intelligibilium formarum, sicut & materia prima respectu omnium sensibilium formarum, est etiam quantum est de se non magis determinatus ad hoc, qd̄ adherat compositioni, quam diuisioni, uel e-conuerio: oē autem, quod est determinatum ad duo, non determinatur ad unum eorum nisi p̄ ali-

Co. 16. to. 2

quid mouens ipsum. Intellectus autem possibilis non mouetur nisi a duob. sc. a proprio obiecto, qd̄ est forma intelligibilis, s. quod quid est, ut dicitur in 3.

In lib. de similitudinibus cap. 2.

de Anima & a uoluntate, quæ mouet oēs alias uires, ut dicit Anselm. Sic igitur intellectus noster possibilis respectu partium contradictionis se habet diuersimode. Quandoque enim non inclinat

Co. 11. al

magis ad unum, quam ad aliud, uel propter defectum mouentium, sicut in illis problematibus, de quibus rationes non habemus, uel propter apparentem æqualitatem eorum, quæ mouent ad utramque partem, & ista est dubitantis dispositionis, qui fluctuat inter duas partes contradictionis. Quandoque uero intellectus inclinatur magis ad unum, quam ad alterum: sed tamē illud inclinans non sufficienter mouet intellectum ad hoc, quod determinet ipsum in unam partium totaliter. Vnde accipit quidem unam partem: tñ se-

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui

per dubitat de opposita, & hæc est dispositio opinatis, Quæst. dif. S. Tho. CCC 3 qui